

## Aduertencias para

**E**t ratio huius est, quia Commissarius ex priuilegio perpetuo, potest alteri suas vices committere, prout cum communis tenet Sil. ver. Absolutio. 4. q. 6. dub. 2. & ver. Cōmissar. Cū ergo Episcopi sint ad hunc effectū ex priuilegio iuris in Concilio concessos, Commissarij, & non prohibeantur in eodem Concilio suam committere auctoritatem in prædicto casu, sequitur, quod id possunt. Et hanc opinionem tenet Angles, Olim Episcopus Bosē sis in. 4. q. de Conf. ar. 5. difficul. 6. Et Pater Emanuel hoc idē tenet in Explicatione Cruciatæ. §. 9. nu. 79. 1. p. Sum. cap. 128. nu. 5. id ipsum affirmat contra Ioannem Gutier rez contrarium opinantem, & Tom. I. qq. regu. q. 20. art. II. vbi dicit, q̄ licet nō possit creari aliquis Vicarius de nouo cum speciali auctoritate ad absoluendum omnes generaliter ab H̄eresi occulta, at non negare Concilium, Episcopū posse creare Commissarium ad aliquē casum particularē concurrentibus causis ad id urgentibus, verbi gratia, ad absoluendum Monialē, que propter votum, aut præceptum clausuræ, ad præsentiam Episcopi minimè ire potest, neque Episcopus ad eam recurrere commode potest, vt